

3187

## C O D I C E S

3188

grandi nitide exaratus, et praeter literas initiales, multosque foliorum margines insuper LXVI. facris Iconibus insignis ea penicilli dexteritate et colorum amoenita-

te depictis, ut jucundissime detineat spectatorem, inscribitur *Ortulus anime*, hocque Monitum praefert:

*Der selen gürtlin wurde ich gñent.  
Von dem latein man mich noch kent.  
Zu Straßburg in seym vatterlant  
Hat mich Sebastianus brant  
Gesehen vnd vast corrigiert,  
Zu teusch auch vil transferiert.  
Was man in mich sügt (säet) bie in zeyt,  
Das selb man dort mit freyden schneyt. (schneidt)  
Do würt der somen recht auffgon.  
Wer mich recht pflanzt, dem würt der Ion.*

Itaque *Sebastianus Brand* seu *Titio* pius ille *ICTus Argentinas* Librum hunc praecatorium latine a nescio quo congestum, et germanice versum secundis curis limavit, atque ita limatum *Prela cum Argentinæ*, tum alibi ineunte *Sec. XVI.* pluries vulgavere. Exemplum, quod prae manibus habemus, *Hominis nobilis* et certe opulenti iussu descriptum est ex edit. *Argent. Mart. Flachii* 1510. ut habes *fol. 523. p. 2.* Addita tamen a *Scriptore* fuisse quaedam, docet ibi adjunctus *Index* hoc rubro: *Dise stück begreiffst dis büchlein me dann das vorgetruckt Ortulus.* Percensere ea supervacaneum. Illud observare juverit: *Rubricas* quasdam *Orationibus* praemissas et incertis traditionibus nixas eandem virgulam censoriam passas fuisse, quam ad *Cod.* similem demonstravi. Unde olim ad eundem *Κρυτογα* pertinuisse videntur. Vide *fol. 379. p. 2.*

## DCCCCLII.

*Codex* membraneus *germ. Sec. 972* XVI. Folior. 158. 8. min. luculente scriptus, literis initiorum partim auratis, partim *historiatis*, marginibus multis picturatis et V. Iconibus grandibus ornatus varia *Pietatis Exercitia* magnam partem *Vulgi* traditionibus nixa complectitur. Insunt tamen *fol. 24.* *Psalmi de Poenitentia* cum *Litaniis OO. SS.* omnia lingua admodum rudi, quod vel in ipsis *Sanctorum* nominibus *Partelme, Larenntz, Cristoffel, Ciriax, Nicolaus, Doradea, Barbera, Ellena* &c. liquet. *Fol. 145. p. 2.* legas: *Anno domini 1.5.1.2. I. L.*

## DCCCCLIII.

*Codex* membraneus *germ. Sec. 860* XVI. Folior. 127. 12. nitide descriptus, picturatus et deauratus, *Precatorius* est, quondam ad usum *An-*

3189

## LITURGICI.

3190

*Annae Hungaricae Ladislai Regis ex Anna Fuxiensi Filiae et Ferdinandi I. Rom. Imp. Conjugis sanctissimae, cujus domesticam foecunditatem aevo nostro M. Theresia, et M. Ludovica Augg. aemulatae sunt. Exaratus est anno ab inito matrimonio quarto; praeit enim Icon scite picta utrumque Conjugem Scutis gentilitiis adstitutis exhibens, et Anna quidem Sertum rosarum Marito offerre videtur, et ore profari: Wie Gott will; ad pedes vero Tabella anno 1524. insignita est. Praeces ipsas quod adinet, majorem delectum optes; infirmis enim multae fundamentis nituntur, quae pia credulitas substruxit, puta: Oratio, quam M. Magdalena 30. annis in eremo persolvit, Oratio Romae inventa in Libro, do dy aller pesten namen jnnen geschriben stendt, a S. Petro composita et quotidie dicta, et similia. Nomen Reginae in Precibus plerumque initiali solum litera A exprimitur; fol. tamen 113. inter plura alia ad Christi Aviam *ἁγίων* directa pietatis exercitia legitur: *ich Anna opfer dir den Pater noster vnd Ave Maria &c.* Quae in eximiae hujus Principis Pragae 1547. in partu extinctae posthumas laudes congeffere Job. Lud. Brassicanus, Wolfg. Lazius, Nic. Polites et Job. Silvester Pannon. perstrinxi in *Hist. Typogr. Vienn.**

DCCCCLIV.

978 Codex membraneus germ. Sec. XVI. Folior. 156. formae mi-

nimae, eleganter exaratus, literis initiorum deauratis, et Incun- culis XII. artificiose depictis orna- tus varia Pietatis continet Exer- citia e Typo impressis transcri- pta, quod non adeo mirum, cum sint homines, qui malint scripta legere, quam excusa. Habetur enim ad calcem Precum Index cum hac clausula: *Getruckt in der loblichen Stat Ulm von hansen Schöffeler. Anno Domini Tausent funffbundert vnd zway Jar.* Insunt vero *Calendarium*, Cursus de com- passione B. *Mariae*, Orationes ante et post sacram Communionem, et diversorum Coelitem Com- memorationes. Quod porro *Codiculum* hunc thecae e solido auro magni ponderis speciosis inulto coloribus conclusum pretiosorem reddit, manus est complurium Vi- rorum, Feminarumque Princi- pum, qui praevis, atque subse- quis ejus foliis memoriam sui commendavere. Atque eam huc transferre juvat. 15 M80. *W. G. W.* (Was Gott will) *Carolus.* Est is Ferdinandi I. Filius, Dux Sty- riae, quem primum Libelli pos- sessorem puto. *C. N G W* (Nach Gottes Willen?) *Ysabel.* Seu Eli- sabeth Maximiliani II. Filia, Gal- liarum Regina. 15. *MP. 99.* *Phi- lippus.* Hispaniarum Rex III. *M. Maria.* Imperatrix, Caroli V. Fi- lia, Maximiliani II. Uxor. 1580. *Mein Hoffnung in Gott. J. H.* *In Bayern wittib.* Jacobina Ba- densis vidua Guilelmi I. 15. *A80.* *ich trau Got. Anna H. in p. wittib.* Ferdinandi I. Imp. Filia, Alberti III. Bavari dicti Magnanimi con- jux.